Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



243

301

mea prudencia mea fortitudo Per me principes
regnant: et legum conditores iusta decernunt
Per me principes imperant: et potentes decernunt
iustitiam Ego diligentes me diligo: et qui
mane vigilauerit ad me inuenient me Me
cum sunt diuitie et gloria: opes superbe et
iustitia Melior est fructus meus auro et lapi
de precioso: et generationes mea argento electo
Iter iustitie ambulo: in medio semitarum
iudicij: ut ditem diligentes me: et thesau
ros eorum repleam Gr Iudica domine nos iusti epulemur
Cum sederet iesus in monte Secundum marcum
oliuarum contra templum: interrogabat
eum separatim petrus et iacobus et iohannes
et andreas Dic nobis Quando ista fiant: et
quod signum erit cum hec omnia incipient consumma
ri Et respondens iesus: cepit dicere illis:
Videte ne quis vos seducat Multi enim venient
in nomine meo dicentes quia ego sum: et
multos seducent Cum autem audieritis bella
et opiniones bellorum ne timueritis Oportet
*hec enim fieri: sed non dum finis Exurget autem
gens sup gentem: et regnum sup regnum. *adhuc
et erunt terremotus loca et fames Initia
dolorum hec Videte autem vos ipsos Tra
dent enim vos in consilijs: et in synagogis vapu
labitis: et ante reges et presides stabitis
Propter me in testimonium illis Et in omnes
gentes primum oportet predicari euangelium
Et cum duxerint vos tradentes: nolite
precogitare quid loquamini: sed quod datum